

sociatur. non enim hoc est esse filium. uel alienari a patre. uel commisceri ac refundi
 in patrem. neque rursum tantum putare agere pro christo. ut neque ipsi seruetur esse
 quod filius est; cuius enim erit filius. si non origo sua referatur ad patrem. ut sit
 ille qui genuit. & iste sit qui est ex illo pro genitus; origo enim pater est. non
 exigui alicuius & indigni. sed dicitur & bonitatis origo est. quae in filio & spiritu
 intelligitur & sentitur. in illo uelut filio & uerbo. in hoc uelut spiritu a ipso pro
 cedente; & ita necessarium est. ut & in uindictam secundum ueritatem substantiae
 fateamur. & patrem ac filium & spiritum sanctum in sua quemque subsistere substantia
 sentiamus. haec plus fortasse quam tempus sinebat protraxerim. uolens uel uita
 uel sermonem. uel intellectum demonstrare eius qui populus praest. qui possit
 in utroque perfectus fieri habitaculum spiritus sancti. per quem solus deus & intelligitur.
 & inter pretatur & auditur. mundorum namque est mundum contingere.
 & scorum est se cognoscere. sciendum quae illud in primis est quod per difficile
 negotium est. in multitudine permixta atque diuersa. ubi & aetas & institutio
 uaria est. de talibus disputantem. & uelut multarum chordarum quandam catharam
 ferientem. inuenire & proferre aptum ad omnes praedicationes uerbum. & ita
 uelut plectrum singulis admoueri. ut nusquam sonus offendit auditum;
 triplici namque modo in ecclesia dicentium periculum pendit. ex sensu. ex uerbo.
 ex auditu. ut per facile eueniat. in uno saltem aliquo. si non in omnibus; labi. aut enim
 minus in luminatus est sensus. ut ad explanandum defuit sermo sufficiens. aut
 bene prolata crassior non recipit auditus; & ex uno quo libet horum casu. fit in
 omnibus periculum ueritatis; & quidem in alius quibusque studiis & doctrinis.
 facile uel proferatur sermo uel recipitur. In his uero nostris scolis ipsa auditorum
 expectatio. dicturo periculum generat; tamquam enim de deo audituri & de summa omnium
 spe ac salute suscepturi uerbum. quanto calidiores erga fidem fuerint. tanto
 adtentiores & scrupulosiores erga audiendum fient. Ita ut si ubi aliquid secus
 dicentis sermo sonuerit. non titubationem linguae putent. sed proditionem
 fidei pietatisque condemnent. & iudicant omnia. non decenter rationem sed
 propriis sensibus. non his quos in ecclesia audiunt. sed quos de domo secum deferunt.
 conseruanter dogmata. non quaerunt rationabiliter didicerunt. sed quae ex consuetu

Triplice doceri
 di periculum.